

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA VIII. VET. TEST.

19

Certum tamen est multis etiam piissimis hoc negatum à Deo. Et plures quoque, præsertim Martyres, omni honore sepulturæ priuatos. At hæc saluti ipsorum non officiunt. His valet id Domini est terra & omnis plenitudo. Psal. 24. Et; Vbiique idem est ad cœlos adscensus. Eccl. Cœlo tegitur, qui caret Vrna. Et, quos terra non texit, nemo tamen à cœlo separauit. Vide Aug de ciuit. Dei lib. 1. cap. 1. Nec pena est mortuorum, qui sentire non possunt. Idem.

FINIS.

THEMA VIII.

Gen. 50. v. 1. ad 14.

Historia continens descriptionem funeris facti Iacobo Patriarchæ, vbi vntio, luctus, comitatus, pompa funebris & cura pia mortui, atque humatio prolixè narrantur.

DISPOSITIO.

Magnus plerumque cernitur apparatus, & pompa funeralis magnifica atq; solennis dicitur, quando Reges aut Principes & personæ illustres sepiuntur. Talis sane eximia & solennis pompa hoc loco cernitur in funere Iacobii Patriarchæ, vbi currus & equites & magnus exercitus apparent. Quamvis aurem nonnulli cogitent, personam terræ mandatam non fuisse tantæ existimationis, ut fuerit tot ceremoniis opus, cum Iacobus non sit princeps, comes aut nobilis: sed olim opilio & seruus Labani, post rusticus & priuatus: tamen sciendum est, funus non tantum hic fieri parenti, à Principe Ægypti celebrissimo, Iosepho scilicet, ita permittente & iubente Rege Ægypti potentissimo: sed & defunctum hunc, auum esse Christi salvatoris, eo que nomine & nobilissimum & generosissimum, eumque simul proaum Davidis & Salomonis, atque sic patrem multorum Regum, & propter fidem & pietatem

B 2

Deo

Cerum

Deo amicum charissimum, ab ipso sepius in colloquia
admissum siveque Regibus etiam quibusvis superiorum.

Huc itaque astare & pompa hanc funebrem spectare
nec pudeat nec pigrat nos Christianos.

Ex tora autem historia quæ paulo est prolixior, hæc
tantum præcipue nobis erunt notanda.

1. Corpus ex anime aromatibus conditum. Balsami-
zung.

2. Luctus publicus & solennis Angestelle Klug.

3. Funeris deductio. Aufführung der Leich.

4. Comitatus funebris. Geleits-Leich.

5. Sepultura & humatio. Bestattung.

De singulis dicendum breviter, & subiiciendi Loci
Com.

I. Pars.

Corpus Iacobi ex mandato Iosephi per Chirurgos
conditum aromatibus, idq; 40. diebus. Is enim mos erat
AEgyptiis. Habebant etiam aromata pretiosissima, qui-
bus corpora præseruabant ad tempus, à puredine.

Eleguntur multis annis corpora integra asservata in
sepulchris.

L o c u s. Apud nos hic mos non obseruatur, ut sic con-
diantur corpora, quia talia aromata non fert nostra re-
gio. Et parum refert. Licet enim ad tempus sic possint cō-
seruari corpora, tamen necesse est tandem impleri illud,
Terra es & in puluerem reverteris. Cinis & puluis Genes.
18 Syr. 10. Est vero aliud quod à corruptione potest ser-
uare, & id pretiosius vnguento & aromatibus, Eecl. 7. v. 2.
Fama scil. bona & honesta: quæ hominem facit immor-
talem. De qua etiam Pro. 22. v. 1. & Syr. 42. v. 15. & 16.

Itaque famam seruare memento, quicquid vis esse im-
mortalis. Et pietati stude, quæ famam bonam secum fert
apud Deum & homines.

II. Pars.

Luctus publicus indicitur, & durat apud AEgyptios
70. die.

70. diebus. Neque dicitur id mandasse Iosephus. Sed AEGyptii per se hunc honorem habent Iacobo, propter pietatem ipsius, venerandam senectutem, & propter filium. Post & filius & fratres, & illi omnes simul, in area illa ATAD CIS Iordanem donu[m] instituant luctum solennem septem diebus. Et amarissimis lachrymis sane planzerunt Iosephus fratres & omnes boni optimum senem: adeo ut hoc etiam Chananais innotuerit per totam illam regionem. Hinc nomen loci vocatum, Luctus AEGyptiorum.

Locvs. Lugendi mortui: & (ve Syr. 38. v. 17 habet) secundum merita cum cuiusque instituendus luctus.

Vixi magni & boni qui suis precibus auerterunt iram Domini, qui de Ecclesia & Repub. bene metiti sunt, merito lugendi. Sie wachsen nicht an den Odamen/ vnd seyn schamlos der Welt. Sic Israelitae, licet alioquin populus duræ cervicis, deplorarunt suos, Mosen. Deut. 34.

Aharonem. Num. 20. Samuelem, 1. Sam. 25. sed & ipse alioquin Rex impius Iosas, Elifam plangit. 2 Reg. 13. aguolensis, currum & equites Israels sic petuisse Itaque non laudandi illi 270 271 qui nihil curant, quisquis moriarur: Waa nur iemand anst ihren Schuhes stirbt/ vt solent dicere. Quod si vero AEGyptii peregrinum sic deplorant, quanto magis nostros domesticos debemus lugere.

Agnoscunt illi merita Iosephi: agnoscamus & nos, & deploremus si bene meriti de Repub. aut Ecclesia decadunt Deumque regemus, vt alios in locum illorum substituat, &c. De his Class. I plura.

III. Pars.

Iosephus cupit seruare iuramentum patri praestitum. Ne autem suscipio orientari vel apud Regem, vel apud AEGyptios quasi is velit aufugere cum suis in Chanaan, & relinquere regem & terram illam, vbi magna accepérat beneficia, prudenter rem agit. Non ipse compellat

regem, ne offendat: sed per famulos ipsum vult compellari, & ipsi nuntiari curat, quid promittendum fuerit patri mortuo.

Facile autem annuit Rex, & concedit, ut ex Ægypto defunctum patrem deducat in Chanaan, &c.

L. Laudandus Iosephus quod seruat fidem datam patri morituro: licet hoc nec periculo nec difficultate carcat.

Non laudandi itaq; illi, qui iussa parentum, coniugum & aliorum non exequuntur, qui tamen morituris fidem dederunt. Præsertim ubi liberalius aliquid pauperibus crogandum, &c. da yuct man hinder sich ic. Und hat die ehrlîche Lenth darauff sterben lassen, &c. Hoc minime decet Christianos. Sicut viuentibus ita morientibus seruanda promissa: si nec impossibilia nec impia sint. Alioquin nec petenda, nec promittenda, nec seruanda.

I V. Pars.

Ioseph o deducentibus funus parentis, magnus fese adiungit exercitus. Nec fratres, tantum presto sunt, sed optimates Ægyptii magno numero, &c. Vide Texum.

Locus Pie fit & laudabiliter si funera (præsertim piorum & bonorum) multi comitentur. Habet enim hic processus funebris multa utilitas.

1. Honor haberet defuncto, & superstitionibus liberis vel cognatis: & sic testantur comites funeris, suum erga defunctos & viuos amorem: ut hoc loco.

2. Sic admonemur etiam de nostra mortalitate. Sic enim funus alloquitur comites, Hodie mihi, cras tibi. Syr. 38. vers. 23.

3. Testamur sic nos habere spem resurrectionis certam, dum præsentes sumus, ubi seminatur corpus tanquam granum tritici. 1. Corinth. 15.

4. Adfunt boni consolandi gratia. Ut ciues in Nain comitantur matrem affl. iam, Luc. 7.

Itaque & Ecclesiastes cap. 7. v. 3. Melius afferit esse, si ingrediatur in domum luctus, &c.

Ta.

THEMA IX. VET. TEST. 23.

Taxandus autem hoc loco peruersus iste mos, de quo extant antiqui rhythmi: Cum moritur diues, concurrunt vndiq; ciues: Cum moritur pauper, vix adest vnus & alter: Siret der Reich, so geht man mit der Leich: Stirbt der Arme, so gehst duß Gott erbarm.

V. PARS.

In Chanaan deductus Jacobus, infertur sepulchro patrio & aucto: sicut petierat. Vide dispository. præcedatis partem 2.

Locvs hic recurrit, qui in præcedenti dispositione est, ultimus. Illuc remitto lectorum breuitatis causa.

F I N I S.

THEMA IX.

Gen. 50. v. 24.

Mandatum Iosephi morituri fratribus datum, de offi-
bus suis deducendis in Chanaan.

D I S P O S I T I O.

Audiuit Iosephus à parte morituro, Deum futurum, cum posteritate Patriarcharum, Israelitis videlicet, & introductorum ipsos suo tempore in terram promissam. Eamque ob causam ipse patrem sepeliri in Chanaan cu-
rauit, ut petierat. Leguntur hæc omnia prolixè Gen. 47.
v. 30. & 48. v. 29. & 50. v. 12.

Nunc etiam mors ipsum Josephum postulat, cum esset annorum 110. Is itaque sibi non tantum in memoriam reuocat, quæ à patre audiuit de terra promissa: sed ad po-
steros quoque id ipsum transmittere cupit. Et proinde i-
psa etiam moriturus, primum hic repetit illam promis-
sionem, quam à patre audierat, de possessione terræ
Chanaan.

Deinde ossa sua in promissam terram ex Egypto trans-
ferti mandat. Quia autem hoc factum tanquam in-

B 4 signe